

Der nachstehende Text ist in angemessenes Deutsch zu übersetzen und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich zu erläutern!

I. Text

Das Ende des Zweiten Makedonischen Krieges

1 Omnibus Graeciae ciuitatibus hanc pacem adprobantibus soli Aetoli  
 decretum decem legatorum clam mussantes carpebant: litteras inanes  
 uana specie libertatis adumbratas esse. cur enim alias Romanis tradi urbes  
 nec nominari eas, alias nominari et sine traditione liberas iuberi esse, nisi  
 5 quod quae in Asia sint liberentur, longinquitate ipsa tutiores, quae in  
 Graecia sint, ne nominatae quidem intercipientur, Corinthus et Chalcis et  
 Oreus cum Eretria et Demetriade? nec tota ex uano criminatio erat.  
 dubitabatur enim de Corinθο et Chalcide et Demetriade, quia in senatus  
 consulto, quo missi decem legati ab urbe erant, ceterae Graeciae atque  
 10 Asiae urbes haud dubie liberabantur, de iis tribus urbibus legati quod  
 tempora rei publicae postulassent id e re publica fideque sua facere ac  
 statuere iussi erant. Antiochus rex erat, quem transgressurum in Europam  
 cum primum ei uires suae satis placuissent non dubitabant: ei tam  
 15 opportunas ad occupandum patere urbes nolebant. ab Elatia profectus  
 Quinctius Anticyram cum decem legatis, inde Corinthum traiecit. ibi  
 consilia de libertate Graeciae dies prope totos in concilio decem  
 legatorum agitabantur: identidem Quinctius liberandam omnem  
 Graeciam, si Aetolorum linguas retundere, si ueram caritatem ac  
 20 maiestatem apud omnes nominis Romani uellent esse, si fidem facere ad  
 liberandam Graeciam, non ad transferendum a Philippo ad se imperium  
 sese mare traiecisse. nihil contra ea de libertate urbium alii dicebant:  
 ceterum ipsis tutius esse manere paulisper sub tutela praesidii Romani  
 quam pro Philippo Antiochum dominum accipere. postremo ita decretum  
 25 esset; Chalcidem ac Demetriadem retineri donec cura de Antiocho  
 decessisset.

Isthmiorum statum ludicrum aderat, semper quidem et alias frequens cum  
 propter spectaculi studium insitum genti, quo certamina omnis generis  
 artium uiriumque et pernicitatis uisuntur, tum quia propter  
 30 opportunitatem loci per duo diuersa maria omnium rerum usus  
 ministrantis humano generi, concilium Asiae Graeciaeque is mercatus  
 erat. tum uero non ad solitos modo usus undique conuenerant sed  
 expectatione erecti qui deinde status futurus Graeciae, quae sua fortuna  
 esset.

Z. 29: pernicitas = agilitas

II. Aufgaben zu Sprache und Stil:

1. Bestimmen Sie das Bedeutungsfeld von *carpere* (Z. 2) und von *lingua* (Z. 18)!
2. Erklären Sie die Infinitive in dem mit *cur* beginnenden Satz (Z. 3-7)!
3. Erläutern Sie den Relativsatz *quem [...] dubitabant* (Z. 12-13) in syntaktischer Hinsicht!